Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 603
Quelle:
Copyright:

amen. Est *Fausti* Abb. *Lirinensis*, et Ep. *Rhegiens.* Scriptoris Sec. V. de quo diligentissime *Tillemontius Mem.* T. XVI. p. 433. *Hist. Liter. Franc.* T. II. p. 585. et *Oudinus* I. *col.* 1291. Extat in *Bibl. PP.* Lugd. T. VIII. p. 545. et in Brockii Cod. Reg. suprac. T. I. p. 471.

XI. *fol.* 116. p. 2. *Incipit Regula Sancti Macharii data Monachis.* Initium: *Lignorum copia ingentem excitat flammam* &c. Finis: *Qui legis stude in domino intelligere semper.* Extat sub nomine *Epistolae* in *Cod. Reg.* T. I. p. 21.

XII. *fol.* 117. *Incipit Regula Sanctorum patrum Serapionis et Macharii pafnutii et alterius Macharii.* Initium: *Sedentibus nobis in unum. consilio saluberrimo cum prece dominum rogauimus* &c. Finis: *et inreprehensibiles sitis.* Extat in *Cod. Reg. cit.* T. I. p. 11. in XVI. Capita tributa, quorum *duo* ultima nobis desunt.

XIII. *fol.* 119. p. 2. *Incipiunt alique sententie De Regula Sancti ac Beati Macharii. abbatis qui habuit sub ordinatione sua quinque milia monachorum.* Initium: *Milites christi sic taliter suos debent componere gressus* &c. Finis: *Si quid potuerit facere.* In *Cod. Reg.* T. I. p. 19. distribuitur haec *Regula* in XXX. Capita.

XIV. *fol.* 121. p. 2. *Incipiunt Proverbia Sancti Evagri episcopi.* Initium: *Heredes dei audite sermones dei* &c. Finis: *et non obliviscaris animam eius in tempore oracionis Amen.* Proverbia haec extant in *Cod. Reg.* T. I. p. 465. inscripta: *Evagrii Monachi Sententiae ad eos, qui in Coenobiis et Xenodochiis habitant, Fratres*, quem titulum *Holstenius* in *Codd. ms. Reginae Sueciae* invenisse videtur. Sed malim sequi *Gennadium*, qui c. 11. de *Evagrio* nostro scribit: *Composuit et Coenobitis et Synoditis doctrinam aptam vitae communis;* licet enim in Monasteriis fuerit officium τȣ Ξενοδοχȣ, tamen erat et vitae genus των Συνοδιτων sive ἐν συνοδια ζωντων, ad quos potius respicit *Evagrius*, teste etiam *Socrate Hist. Eccl.* L. IV. c. 23. edit. *Vales. Paris.* 1686. p. 192. ubi eum scripsisse perhibet πεος τȣς ἐν τοις κοινοβιοις ἢ ἐν συνοδιαις μοναχȣς. Plura *Evagrii* in latinum se transtulisse ait loco *eod. Gennadius*, inter quae et Στιχηεα haec nostra fuisse mihi persuadeo, quanquam in *Ruffinum* inclinent alii.

XV. *fol.* 125. p. 2. *Isidori Hispalensis Synonyma.* Praeit Argumentum incipiens: *In subsequenti hoc Libro qui nuncupatur Sinonima* &c. prout in edit. *Opp. Paris.* 1601. per *Jacobum Du Breul* p. 305. Sequitur: *Ysidorus Lectori Salutem. Uenit nuper ad manus meas quedam cedula quam sinonimam dicunt* &c. Quid de hoc *Prologo* sentiendum, dixi ad *Cod.* CCLXXII. in quo, uti et in *Cod.* CCLXXXIV. *Synonymis* praefixus est. Post illum: *In Nomine Summe trinitatis. Incipit liber Sinonime sancti ysidori Hispaniensis* (sic) *Vrbis episcopi.* Ini-